

enituit, maximè idoneus esset, ad populares suos è potestate tenebrarum liberandos. Totus enim in eo fuit Carolus, ut qvemadmodum ipse met scribit, Saxones pristinalibertate donatos, Deo tributarios & subjagatos devotè addiceret.

Brema verò utrum pagus tum fuerit, an oppidum, non difficulter conjectari potest. Muros nō habuit: sed nec muri civitatē efficiunt: Fuisse autem locum ceteris eminentiorēm, argumento est non tantū Phabirani nomen, sed & Episcopalissedes, ibi constituta, & qvod Vuilhadus à Carolo privilegia, qvæ pagis dari non solent, impetravit, eaqve Carolus conspicuo Rolandi testimonio publicé posteris omnibus obsignavit, tum maximē, qvod ex privilegiorum verbis apparet, ea jus civi-

*Brema mū-
ros nondum
habet:*

D , 3 tatis